



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Stvdio Perfectionis Libri Dvo**

**Crombecius, Johannes**

**Mogvntiæ, 1614**

VIII. Tres modi conceptæ præsentia diuinæ per essentiam. Primus est, Deum non esse animam mundi, sed quid nobilius per omnia diffusum. Secundas, esse lumen quoddam immensum, omnia penetrans. Tertius, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

Sabre Israel: tu fecisti cœlum & terram, & quidquid  
 ambire continetur; Dominus omnium es, nec  
 qui resistat Maiestati tue. Daniel etiam ait: Ipse <sup>Dan. 2.</sup>  
 mutat tempora & atates; transfert regna, atque con-  
 ferit; dat sapientiam sapientibus, & scientiam in-  
 gentibus. Ex his tribus capitibus forman-  
 derunt modi quidam familiares, quibus Deum  
 præsens reddamus præsens, aut potius nos me-  
 res præsens eius sistamus.

## CAP. VIII.

*Tres modi concepta præsens diuina per es-  
 sentiam. Primus est, Deum non esse animam  
 mundi, sed quid nobilius per omnia diffusum.  
 Secundus, esse lumen quoddam immen-  
 sum, omnia penetrans. Tertius,  
 tamquam Oceano omnia  
 in ipso contineri.*

Philosophi quidam in primis, inter <sup>Cic. de na-  
 quos Cicero & Varro apud D. Au-  
 gustinum, dixerunt Deum esse animam mundi: rum li. 21.  
 mundum enim animatum constituebant; cui <sup>Aug. li 7.</sup>  
 soli duo essent, Sol & Luna, in capite, id est, <sup>ciuit. c. 6.</sup>  
 cœlo, quod orbis quasi caput est: rerum om-  
 nium vim in agendo ac mouendo ab illa anima, <sup>Mundum  
 esse anima  
 tū ex Phi-  
 losophorum  
 sententia.</sup>  
 omnia moueat ac impellat, promanare;  
 ad seculum quam in corpore humano singula vi-  
 mus membra, distinctis officiis agentia, ab  
 R r vnius</sup>

vnus animæ influxu pendere: ex quo rursus sequitur, res omnes aliquid esse Dei: nec mirum videri quod diuina quædam Dei indicia in homine appareant, cum ipse pars diuini corporis potissima sit, & (velut cor) nobilior de Deo unitate vitæque participet. Falsa hæc opinio. Non enim Deus forma aut anima mundi est: enim Deus causa agens, nec venite villo modo potest in compositionem. D. Thomas hunc errorem doctissime refutat. Philosophi tamen, qui de præsentia Dei nonnulla res voluerunt, hunc modum tamquam gloriosorem usurparunt, vt Deum præsentem tuerentur.

Part. 1. q. 3.  
4. 8.

Modus 1.  
præsentia  
diuina.  
Deum perfectius esse  
in toto mundo, quam  
si esset mundi  
anima.

1.  
Simile.  
Hom. 8. in  
Ezech.

Quod si commode concipiamus, non abs re istum modum bene correctum in xim adducere. Etsi enim Deus anima non sit, est tamen suo modo in toto mundo longe potentius nobiliorque, quam anima corpore. Sicut enim anima est tota in toto corpore, & tota in singulis partibus: sic singulis mundi partibus totus est, & in solo totus. ita enim Gregorius: *Transseat ergo deus, & ab eis transcendat omne quod creatum est solo creatoris sui lumine fidei oculos figat: quod viuificet omnia, qui creauit, Deus; quod vbiq; vbiq; totus.* En D. Gregorius Deo tribuit vitam omnibus vitam adferat; quia & esse, & idem Gregorius) viuificat: non tamen vt sed vt effectiua causa; quæ longe plus quam ipsamet rei forma, quæ quidē sine

causae concursu nihil efficeret. Hanc si  
ordinis partem D. Hilarius optime applicat.  
ait, Deo vacat, nihil indiget: vbiq; est, modo ani-  
malis, quae in membris omnibus diffusa, a sin-  
gulis quibusq; partibus non abest: etiamsi priuata quae-  
dam regia in toto corpore sedes est, tamen in medullis,  
artibus infunditur.

Deinde, vt anima singulis corporis membris  
per se officia tribuit, & agit; videt oculus, digi-  
tibus ambulat, dentes molunt, pulmo  
respirant, cor spiritus diffundit, hepar san-  
guinem purificat, & vna anima haec omnia operatur: sic  
Deus in omnibus omnia operatur, cum sin-  
gula operantur.

Denique, vt in homine viuente apparet vita  
in omnibus corporis partibus per eius opera-  
tiones: ita in toto orbe sat diuina prouidentia  
in rebus ipsis inesse conspicitur, cum ordo vni-  
uersi vno tenore conseruetur, & euentus varij  
in toto orbe prodigiosi eueniant, qui a solo Deo fieri pos-  
sunt. vnde Psalmista: Ordinatione tua perseuerat  
& in vniuersis, quoniam omnia seruiunt tibi. & : Coeli enarrant  
gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.

In hoc omnino etiam animam informantem  
Deus rebus inexistens superat, quod illa corpo-  
ra determinat vtatur, ad actiones determinatas:  
neque enim aut potest digito secare ferrum, aut  
& esse, & brachijs volare, sursumque ascendere in aera,  
sive sputo sanare lepram: Deus vero omni in-  
uenit vt formam vitur, vt inusitatos maxime producat  
effectus. Luto caecum illuminat, de lapidibus  
vultuare potest filios Abrahæ, felle curat

Rt 2 Tobias

In Ps 118.  
ad vers.  
Prope es  
tu Domi-  
ne.

2.  
Simile.

3.  
Simile.

Ps 118.  
Ps. 18.

4.

Ioan. 9.  
Matt 3.  
Tobia 11.  
Exod. 8.

*Exod. 9. 10.*  
 & 14.

Tobiæ oculos, extenta manu Aaronis productas, Moysisque virga infinita patrat prodigia aqua naturali lauat animas, verbisque quibusdam characterem imprimit animæ. Cum enim rebus omnibus intime sit præsens, tum vt creator omnium, omni re tamquam instrumento vitur, ad effectus diuersissimos producendos. Ideo magis timendus est, quod flagella vbique parata habeat; ideo magis amandus quod ad bene agendum vbique paratus & manum à nobis semper habeatur.

Quidni ergo possemus concipere mundum quasi Deo plenum? vt loquitur D. Chrysostomus: non quod eius sit anima, sed quia præsentius; quod potentius contineat omnia, anima corpus quod animat. Hac enim ratione creaturis omnibus vtetur tamquam ab conditis; Deo seruientibus, tamquam instrumentis; vt Deo plenis: quæ ratio nos ab ad creaturarum vehementer auocat; quando dem & in iis præsentem Deum videamus, singula vindictæ instrumenta esse queam hoc ipsum nos ad magnam confidentiam accipiendam, eiusque implorandum auxilium excitat; cum profiteamur nos nihil sine eius cursu posse operari. Nec magno labore operari ad hoc concipiendum: satis est enim hoc nos & momento reminisci, sine nouarum speculatione efformatione, nostra opera in Dei præsentia efficiendo.

*Modus. 2. 45.* Alius modus est D. Augustini, qui Deum esse sæpe apprehendit tamquam infinitum quod

lumen, diffusum per molem vniuersi or-  
 quodque cuncta penetrat, nec tamen inclu-  
 nitum om-  
 nis; quodque à nulla re excludi possit. De-  
 nia pene-  
 trans, non  
 tamen ex-  
 clusum.  
 Soliloq. c. 3.  
 Simile.  
 ponatur hac similitudine. Ponamus mundum  
 crystallinum, solemque à nullo impeditum  
 radios suos directe immittere: radij solares om-  
 nia illustrabunt, erunt omnia transparentia ac  
 perspicua. Quod vero iam id non fiat, causæ  
 sunt, materies rerum densa, plena, & opaca:  
 quæque per varias moles soli oppositas sol ra-  
 dios diffundere non possit. Sed diffusionem  
 infinitam diuinæ lucis, nullum corpus, quan-  
 tumlibet durum, densum, vel opacum, impedi-  
 re potest: est namq; Deus *lux vera, quæ illuminat*  
*omnem hominem venientem in hunc mundum.* In *Ioan. 7.*  
 Dei Verbo vita erat, (ait Ioannes) & vita erat  
 in hominibus: *lux in tenebris lucet, & tenebræ eam*  
*non comprehenderunt* & Christus dicit de se: Ego *Ioan. 8.*  
*lux mundi.* denique Iacobus: *Omne da-*  
*donum optimum & omne donum perfectum desursum*  
*descendens à patre luminum: apud quem non est*  
*mutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Quod  
 si ergo lux illa non videatur, vel mentes hominū  
 non illustrentur; non est luminis defectus, sed  
 oculorum & mentium nostratum imbecillitas  
 & tenebræ.

6. Concipi ergo potest Dei præsentia quasi  
 mensuratum lumen peruens singula, ut sol si  
 mensuratum crystallinum inueniret. Differt ta-  
 men hæc diffusio per res omnes à solis illu-  
 minatione: & primum quidem, quod sol  
 non seipso, sed radiis suis diffundatur per amplif-  
 collatio.

R r 3 lima

ECT.  
 nis produ  
 rat prodigi  
 bisque qu  
 ma. Cum  
 efens, m  
 quam im  
 mos pro  
 quod fig  
 gis amand  
 paratus &  
 ere mund  
 . Christ  
 quis pi  
 t omnia  
 enim ran  
 quam ab  
 quam in  
 nos ab  
 quando  
 eamus,  
 e queam  
 entiam  
 m auxil  
 sine eius  
 ore opus  
 n hoc nu  
 um spec  
 præsentia  
 , qui De  
 tum quod  
 data

11  
 12  
 13  
 14  
 15  
 16  
 17  
 18  
 19  
 20  
 21  
 22  
 23  
 24  
 25  
 26  
 27  
 28  
 29  
 30  
 31  
 32  
 33  
 34  
 35  
 36  
 37  
 38  
 39  
 40  
 41  
 42  
 43  
 44  
 45  
 46  
 47  
 48  
 49  
 50

1. **f**ima orbis spatia: Deus vero, totaq; eius essentia
2. **p**ræsens sit vbique. Deinde singulis quibusque rerum partibus partes radiorum respondent, non ipse sol integer: Deus vero totus in minimis quibusque locis: quasi tot essentia quot minimæ rerum locorumque partium.
3. **A**dde quod sol res ipsas non efficiat, nisi eas rebus omnibus communi: non continet res factas, aut conseruat: Deus vero seipso continet, & conseruat omnia: sine quo nihil esset, aut nihil remaneret. Sol etiam non confert, sed iuuat visionem: Deus & factus creat, & ad videndum iuuat, & cooperatur.
4. **I**n particula quoque aliqua radiorum solis sunt omnes radij simul: nec tanta vis est ad mirandum, quanta in amplissimis aut omnibus simul radijs: in diuino autem lumine, vbique soles sunt infiniti, in singulis quibusque partibus (ta loquar) identitatibus ac replicationibus ipsa diuinitas existit: nec tantum **P**ERFECTIONES eius extensæ sunt per totum tamquam infinita quædam ornamenta similitudinem coherentia, sed singulæ **P**ERFECTIONES omnes continent: ita vt in sapientia sentia sit, iustitia, bonitas, fortitudo, patientia gloria, & si quid de Deo valemus excogitare: singuli illi soles ac **P**ERFECTIONES respiciunt mundum, vident omnia, operantur cuncta, continent vniuersa.
5. **A**ccedit quod ea, quæ sol videnda obicit, non habeat: in æterno vero & immenso lumine res omnes existunt, longe perfectius

in ipsis, quod idem Augustinus sic eleganter *Lib. 83.*  
 scribit: *Omnia (inquit) ratione sunt condita : nec* *Quaest. q.*  
*40. tomo 4*  
 ratione homo qua equus, hoc enim absurdum est  
 fingi: singula igitur propriis creata sunt rationi-  
 bus. Has autem rationes ubi esse arbitrandum est, nisi  
 in ipsa mente Creatoris? non enim extra se positum  
 quidquam intuebatur, ut secundum id constitueret  
 et constitueret: nam hoc opinari sacrilegum est.  
 Quod si haec rerum omnium rationes creandarum crea-  
 rum in diuina mente continentur, neque in men-  
 te humana quidquam nisi aeternum atque incommuta-  
 bile potest esse: (atque has rationes rerum principa-  
 les ideas appellat Plato) non solum sunt ideae, sed e-  
 ipsa vera sunt: quae aeterna sunt, & eiusmodi  
 atque incommutabiles manent. Hactenus Au-  
 gustinus. Quibus de rebus plura scripsimus  
 libro superiori, capite primo: quae non abs re  
 fuerit videre: est enim haec consideratio liber ex-  
 amius, in quo otiosi habemus quod legamus:  
 & quamuis nullus alius exstaret, sufficit ad legē-  
 dam per omnem aeternitatem. Quisq; tamen eo  
 uti potest, prout corporis animique ferent  
 vices.

47. Tertius modus facile ex dictis concipi po-  
 test: cum enim constet Deum ubique degere, o-  
 mnia penetrare & peruadere, nusquam vel in-  
 cludi vel excludi: sequitur eundem non tantum  
 in nobis inueniri, sed etiam in ipso esse omnia,  
 nos in eo moueri, viuere, & existere. ita enim  
 ratiocinatur S. Augustinus: *Non essem, Dene*  
*meus, non omnino essem, nisi essis in me. An potius* *Li. 1. Conf.*  
*non essem, nisi essem in te, ex quo omnia, per quem* *c. 2.*

Rr 4 omnia,



omnia, in quo omnia? Cum enim ex Deo simus, & per eum subsistamus; esse non possemus omnino, nisi in ipso essemus, & de esse ipsius participarem, illudque nobis ipse perpetuo communicaret ac conseruaret. Sed modum, oigne Domine, quarimus, quo te non modo presentem in nobis, sed nos in te degentes conseruamus. Hic modus tertius est conceptionis uinæ presentis: cuius conceptiones seu rationes sex statuemus.

*Rationes  
sex quibus  
in Deo esse  
censemur.*

I.

*Vt spongia  
in mari.  
Li. 7. Conf.  
ca. 5.*

Prima est D. Augustini: qui ante conuersionem suam malinaturam inuestigans, mundum instar spongiæ, diuinum vero Numen Oceanum immensum reputabat, in quo res vniuersæ mergebantur. Eius sunt verba: *Tamquam si mare esset vbique, & vndique per immensum spatium finitum solum mare, & haberet intra se spongiam quamlibet magnam, sed finitam tamen; plena illa spongia illa ex omni sua parte ex immenso mari: sic mundinaturam tuam te infinito plenam putabam & dicebam vnde dicitur: Hac consideratione inquisitioni suæ satisfaciunt nitebatur Augustinus: nec omnino abesse contemplantur: Deus enim replet omnia, & si ita loquitur: Deus videtur, etiam loca imaginaria quæ extra mundum comminiscimur; estque veluti vastissimus quorundam Oceanus, continens omnia ac replens: non ut aqua, quæ totam quidem spongiam madefacit, eam tamen spongiam non efficit, sed complectetur in se, non tamen conseruat, sed putrefacit; non tribuit esse, sed destruit substantiam; Deus vero res efficit & conseruat. Et licet res ipsæ vetustate vsuq; atterantur accombustæque extingantur.*

*Deus mari  
cōparatur.*

Deo firmus, & non comminuit tamen ipse, sed veteraf-  
 ces comitatur, & naturis rerum sese accom-  
 modans, benigne in omnem se eum ordinem  
 colligit, quem in earum productione cuique at-  
 tribuit.

Spongia illa, quantumuis magna, compara-  
 tione maris immensi vix punctum reputari de-  
 bet. Nec maior rerum vniuersitas, quæ *tamquam* Sap. 17.  
*amentum statera & gutta roris antelucani* meri-  
 tescenda est: nam finiti ad infinitum nulla est  
 proportio.

Nunc ad nos recurrat oratio. Sit Deus mare  
 diffusum per omnia, à terræ centro ex omni par-  
 te res vniuersas, & que ad conuexum cœli empyrei, atq; vni-  
 uersa: *Tamquam* sine carens: quid demum erit, si quispiam  
*mensa spatiosa* illi mergatur? Si orbis ipse ac mundi ma-  
*tra se spongia* ima puncti instar est, collatus cum immensa  
*maiestate* Maiestate; quid erit exigua mundi portio, ho-  
 mo *in mari* sic conuulso, in longum octo, in latum pe-  
 ctus *& dicitur* vnū aut alterum protensus? Exurge nūc  
 & satisfacito, ô homo: considera gloriam tuam, con-  
 sidera ab eo implere dignitatem tuam. In Deo es, in  
 Deo loquere, in Deo uiuis, in Deo moueris: non vt spon-  
 giæ in mari, quæ insensibilis & ex se immobilis est, aquæ  
 motu & agitatione maris iactatur: sed ratione  
 a cœlesti repleditus, te versari in cœlesti illo mari cognos-  
 cere ac intelligis. Et agitaris quidem: non violen-  
 ter, sed spontaneæ & libere. Nec dubitare po-  
 tuit, quanto Numini deesse non posse potentiam,  
 opes, subsidia, thesauros incomparabiles  
 te tueatur & augeat. Illa, in te sunt: &  
 extrate, vt in iis medius consistas: quo-

Et s cumque

cumque os, manus, brachia conuertas, illa capias, gustes, sentias, complectare; & in hoc altissimo æquore velut spongia volui, reuoluam sursum, deorsum, dextrorsum: sinistrorsum omnem denique in partem te diffundere summo tuo emolumento atque extendere poteris. Time, si peccasti: in te est qui te puniat, qui de illata per peccatum iniuria viciscatur; contra te est, ut te ab amicitia sua, à beneficiis, à gno excludat atque exterminet. Spera, si peccaueris: auxiliū in eo, & quidem omnipotente, confisus es, & sane in tua potestate, tu enim ipso Oceanomersus, Deo plenus es, & in plenitudine delitescis.

Quid modo otiaris animo, & quereris, si de diuinis rebus cogitandi seges minimè peteret? Oceanus hic infinitus est, singulæ guttæ immensæ: at quot, quæso, in tantatate numerabis? Plures in Deo PERFECTI NES, quam in mari guttæ: singulas apprehende, sūge, gusta quam suaui sit Dominus. Vberrima profecto copia perpetuo meditandi cogitandi, animoque summa cum voluptate voluēdi ac reuoluēdi materies deesse non potest.

Ratio. 2.  
Nos instar  
piscium in  
vasto mari  
gratie diuine  
immergi.  
Psal. 76.

Quia vero spongia vitam non habet, non respirat, non graditur, sed alieno motu commouitur, agitatur, potius pisces efficiamur (quæ secunda ratio est) quam spongia; & in illo excellentissimo mari vitæ & salutis viam conquiramus: quod quidem in mari via tua, Deus, & semita tuarum aquarum multis. Nempe apprehendamus nos nos

in Deo esse per naturam, sed omnino in  
 nem immergi per gratiam. Christus enim  
 his bonorum omnium caelestium infinitus  
 Oceanus: infinitus vitæ ac mortis perpessæ  
 aridum alioquin ergo alueum diuinæ  
 benignitatis impleuit, & Spiritus sui verri-  
 abundantia locupletauit. Felices illi, qui-  
 in hoc salutari lauacro & mergi submergi-  
 & in eo perpetuo viuere donatum est. De  
 loquitur Apostolus Paulus: *An ignoratis*  
*quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in*  
*orte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus*  
*in illo per baptismum in mortem: ut, quomodo Chri-*  
*stus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos*  
*uouitate vitæ ambulemus.* Hic ergo peccati vi-  
 submergitur, & vita animæ exurgit: cuius  
 licitas est, in hac aqua viuere; aqua latissima,  
 quæ hominum multas myriades tamquam v-  
 tum hominem capere possit. Hanc plenu-  
 tatem nobis oblatam ac communicatam te-  
 atur B. Ioannes. *De plenitudine eius, inquit,*  
*omnes accepimus.* In hoc ergo mari & viu-  
 & respiremus, & natemur. Per gratiam  
 namque Domini Iesu, quæ latissimum immen-  
 sumque alueum implet, viuimus interna ani-  
 mæ vita. O vita optanda! *Bonum est nos hic esse*  
 & viuere. Caueamus ne ex hoc viuario egred a-  
 mur, & leiferum mundi spiritum, qui ad vitam  
 piscibus spiritualibus fouendam minime ido-  
 neus est, hauriamus. Is non refrigerat, sed suffo-  
 car.

Illud nãq; magna obseruatione dignũ, pisces  
 extra

Rom. 6.

Ioan. 1.

Piscium spi-  
 ritualium  
 tria officia.

I.

Matth. 17.

viuere in  
 aqua.

Ioan. 15.

extra aquam non viuere. sic ne homines extra  
 Dei gratiam. Si quis, ait Christus, in me non manserit,  
 & arefcet, & in ignem mittetur, & ardet. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Piscis præterea mortuus in aqua putrefcit, ac fœtore suo alios inficit. Parum do, qui animi vitam amisit, et si fidem habet, multisque Dei beneficiis affluat putrefcit tamen sensim, atque mentem fœdis cogitationibus inquinat, appetitum scelestis desideris faciat, memoriam infandorum recordatione contaminat, retroque odore aliorum mores corrumpit. Maneamus ergo in hoc mari, si viuere cupimus.

2.  
 Respirare.  
 Hom. 6 in  
 Hexam.

Sed respiremus, (nam & pisces respirant) nos aqua hac salutari impleamus. Pisces, que (auctore D. Basilio) non habent respirandum, quo aerem hunc attrahant: sed quod in terris aer obtinet rationis, id est generi natatum, & causa est in promptu. In nobis est pulmo: porro est rarum, meatibusque multis patens, quod ipsum pectus dilatatum, attractum recipiens aerem ternum diu dilat nostrum refrigeratque calorem illis dilatatio contractioque branchiarum attractum humorem, reddentiumque spirandi munus faciunt. Hæc Basilius. Felices illi, magne Domini spirituum, quorum hac spiratione sitibundiores nimos recreas ac refrigeras: hæc enim aqua mentes libidinis faces extinguit, pellit animi motus, accendit tepidiores, vitam efficit ac confirmat, uat, corroborat debiles, nutrit animam: neque bantur, infirmos fulcit ac sustentat. Hæc

Gratia di-  
 uina aqua  
 compara-  
 tur: eius ef-  
 fectus.

habunt in se, qui aude diuina audiunt vel legunt, quibus interne Deus loquitur, & celestem auram aspirat, qui sensu quodam animi in omnibus Deum gustant, vniceque æternis rationibus delectantur: emittunt vero, cum Deum laudant, meditantur, ad eum omnia sua referunt, precantur proximos, de diuinis rebus pie colloquantur, ardentem orant, Dei gloriam quærunt omnibus, & quasi aquis vndique cincti fontibus, quidquid gustant, vident, tangunt, odorantur, audiunt, amoris diuini facibus incitari videntur.

Hæc omnia claris verbis B. Paulus expressit. *Verbum, inquit, Christi habitet in vobis abundanter, omni sapientia: docentes & commonentes vos metipsum, psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne quodcumque faciatis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi: gratias agentes Deo & Patri per ipsum.* *Surius 29.*

Hæc Apostolus verbis: factis & opere Elzeas Comes è Narbonensi Gallia oriundus: qui cum ætatis annum ageret decimum-quintum, festis feriis assumptæ Virginis Matris, suscepta Eucharistia: sub prandij horam cum ad mensam patris sui seruire deberet, ieiunus id obsequij præstare voluit. Accumbenti deinde visum, subito superuenit Spiritus gratiæ, cor eius vehementer inflammans, idque cum multa suavitate diuini amoris. Eius autem flammæ & ardoris tanta vis fuit, vt abscondi non posset: totus enim extrinsecus mutatus fuit, & toto corpore calefactus, atque

in

*Elzeas  
Dei gratia  
immersus  
omnia con-*

*temnit.*

“

“

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

”

in vultu robore perfusus. Quod ut eius lo-  
 dales aduerterunt, de eius salute solliciti, quod  
 eum putarent febri correptum, à mensa in co-  
 biculum abduxerunt, ut ille quieti se daret. At  
 illis absentibus humi prostratus in preces inco-  
 buit, quales spiritus suggererat; atque illic ta-  
 ras diuini amoris persensit flammam, ut totus  
 ius colliquefceret animus, atque in Deum  
 transformaretur. Tum vero ostendit ei Deum  
 vitæ huius breuitatem; & ut totus hic mundus  
 bonorum cælestium comparatione, mentis  
 contemnendus: tantusque inde in illo mundo  
 est rerum omnium mundi huius bonorum  
 que labentium contemptus, ut, si totus con-  
 terrarum, & quidquid in illo est rerum præ-  
 farum, ei oblatum esset, plane fuerit recu-  
 rus, nec alio quam vilis luti loco habiturus. Huius  
 expertus est Elzearius. Duxit idem decem  
 mandato Calori secundi Ierusalem & Siciliae  
 gis, Dalphinam uxorem, egregiam & nobilissimam quæ  
 & virtutis splendore, duodennem: cum illis  
 Angelice virginitatem coluit. Hæc quodam præ-  
 die misit ad eum litteras per famulum, cupens glo-  
 scire cur moram in monte Pessulano traheret. Cui  
 Cui ille sic respondit: *Sanus corpore sum, et præda?*  
*spes. Quod si vero videre me cupis, quare non in*  
*vulnere lateris Christi: illic enim habito, & ibi me*  
*teris inuenire, frustra alibi quaesitura.* Denique  
 tota eius vita præter aspirationes & respicienda  
 nes spiritualis piscis vix aliud inuenies.

3.  
Natare.

At natare pisces diximus. Haud sane diffi-  
 crit, tali aura afflatus, placidos natare in equo-  
 tate.

natant, extendunt manus, ac pedes di-  
 cant. Qu' enim abundant Dei gratia ac vi-  
 sionibus, facile per creaturas omnes, in qui-  
 bus Deus est, mentem deducunt: nunc cele-  
 stium rerum, nunc ad transeuntium rerum bre-  
 uem instabilitatemque recurrunt, nunc  
 christi hominis dolores ac PERFECTIONES  
 contemplantur, nunc ad eius diuinitatem as-  
 pirant. Ut igitur latissimus alueus piscibus spa-  
 tiosius succurrere ampliora suppeditat: ita & co-  
 mior Dei gratia facilitatem & voluptatem ho-  
 mi spirituali præstat ampliorem ad voluen-  
 tis bonorum animo res diuinas. Sed ne fallaris: manus  
 si totus curandi debent & pedes, sicut natantis ad natan-  
 dum. Ne otiosum te posse stare reputes in a-  
 biturum appuleris: non est ita: manus ad opus ex-  
 tendende, pedes ad motum applicandi: gradium  
 & Sicilicet enim pisciculi pinnulis suis, & vel iugiter pa-  
 & nobilitatem quærunt vel oblectationem in æquore. ni-  
 m: cum illis hoc lusu iucundius. At quæ voluptates  
 hæc quocumque profectu spirituali, arduis facinoribus pro-  
 lum, cupit gloriâ suscipiendis, familiari cum Deo con-  
 lano trahitur (qui cibi sunt animæ esurientis) confe-  
 pore sum, & quæ? Quis sapiens, & custodiet hæc? & intelliget mi-  
 , quare memoras Dominum? Enimvero quidquid sit de pis-  
 o, & ibi moratur, qui subinde videtur subsistere: quisquis  
 Denique hominū in aquis est, & arte natandi non utitur,  
 & respicit ad dubie aut vorticibus abripietur, aut illico  
 emergetur. Vtique iustus vt piscis esurit  
 d sane diffinitio omnibus semperque pastum quærit, quærit  
 are in equo profectum: numquam arbitrat se comprehensisse,

*Gratia Dei  
 meditantibus  
 subfidi-  
 dio est.*

*Isaia. 25.*

*Psal. 106.*

*Profectus  
 spiritualis  
 a piscibus  
 descendit.  
 Phil. 3.*

ait



Epist. 253. ait S. Bernardus numquam dicit, Satis est: sed semper  
 ad Abbatē esurit sititque iustitiam: non enim ad annum vel ad  
 Guarinum tempus, instar mercenarij, sed in aeternum deum  
 Alpensem. se mancipat famulatu. Porro vera virtus finem non  
 1. Cor. 13. cit, tempore non clauditur; unde est illud: Caritas  
 Psal 9. numquam excidit, & item: Patientia pauperum  
 Psal 118. non peribit in finem. Audi denique vocem iusti: &  
 ibidem. aeternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia  
 Psal. 110. & III. ipsis viuificasti me. & rursus: Inclinaui cor meum  
 ad faciendas iustificationes tuas in aeternum. Non enim  
 gitur ad tempus. Proinde iustitia eius manet non in  
 liquanto tempore, sed in saeculum saeculi: semper adu-  
 na itaque iusti esuries sempiternam meretur re-  
 nem. Hæc Bernardus Meretur utique  
 eam quærat, nec requiem det palpebris suis,  
 nec inueniat eam.

Hæc ratio Deum contemplandi est admodum pe-  
 dum elegans, sed non minus salutaris: & magis orn-  
 me si nos pisces mundi secundum Legem colliti-  
 rimus. Eiusmodi siquidem pisces mundos Legem

Pisces mun-ctio iudicat, (vt ait idem Bernardus) qui & pinnas  
 di qui. uantur, & proteguntur squamis. (hi enim sine  
 Serm. I. in lire subinde solent extra aquas) sunt autem  
 die S. An- me multa, sed vna ex eis quodammodo lorica  
 dra. tur: quia vna est patientia virtus, licet singulis tri-  
 Patientia tionibus exhibere singulas videamur. Iam vero  
 per squa- tionibus exhibere singulas videamur. Iam vero  
 mas signifi- squamas ad patientiam, sic & pinnulas quoque  
 catur. hilaritatem arbitror non incongrue posse referri.  
 hilaritas altum dare videatur, quisquis exhilaratur. Sed  
 spiritualis duas habeamus pinnulas, duplex nobis hilaritas  
 duplex. da est: & forte propterea docet Apostolus

Hilaritas altum dare videatur, quisquis exhilaratur. Sed  
 spiritualis duas habeamus pinnulas, duplex nobis hilaritas  
 duplex. da est: & forte propterea docet Apostolus

est: sed semper  
annum vel  
ternam diu  
rtus finem  
lud: Car  
tia pauper  
cem iusti  
tuas, qua  
inai cor me  
num. Non  
us manet  
ali: semper  
eretur ref  
ur vtique  
bris suis,  
inmas habebat, quibus & in tertium vsque cœ- 2. Cor. 12.  
aptus est, & volauit in paradysum) non solum glo- Rom. 5.  
m spe, sed etiam in tribulationibus. Hæc Ber-  
tas. In Deo itaque sumus vt sponsia in mari,  
plices mundi in aqua.

Huc facit tertia ratio, qua nempe non tan- 3. Ratio.  
in Deo nos esse meminerimus, sed etiam Nos esse in  
Christi Domini corpore mystico. Vos estis corpore  
Christi, ait S. Paulus, membra de membro. & stico.  
Christus reputat sibi fieri, quod vni ex- 1. Cor. 12.

minimis famulis factum fuerit; exclamat- Matth. 25.  
aduersus Paulum Ecclesie persecutorem: Act. 9.  
Saul, quid me persequeris? denique: Qui man- Ioan. 6.  
eat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in  
manet, & ego in illo. Manet in nobis Chri-

, non modo presentia diuinitatis suæ, sed  
ndi est aditum per gratiam habitualem, aliaque virtu-  
aris: & man ornamenta, quibus ipse à nobis diligitur  
Legem collitur: in ipso vero sumus, quia, cum caput  
undos Legi Ecclesie, totum huius corpus, eius corpus est;

qui & per fidem & caritatem ei adhærent, mem-  
li enim eius sunt. Hæc consideratio non impor-  
ent autem nostra videtur nostro instituto; nec suo fructu ca-  
lorica conuincit, si subinde Christum in suis membris su-  
singulis triciamus, si nos in excellenti illo vastoque Ec-  
Lam vero ac Christi Dei corpore contineri recor-

amur: quod non fiet absque insigni eius sola-  
offe referri, qui in omnibus Deum quærit ac intuetur. 4. Ratio. In  
de hoc argumento variis locis dicendi oc- Den esse,  
ratur. Sed qui eius  
In Deo præterea nos esse sacra Scriptura com- præsidio  
memorat, cum, eius freti gratia, ipsius præsidio proteguntur.  
stolus (illic)

Ss

spe-

sperantes utimur : ita enim Regius Pfalms,

Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione

Pfal. 90.

cœli commorabitur. In Deo meo transgrediar mare

Pfal. 17.

denique: Qui confidunt in Domino, sicut montes

Pfal. 124.

non commouebitur in æternum, qui habitat in

salem. Montes in circuitu eius, & Dominus

circuitu populi sui, ex hoc nunc & vsque in

Nonne merito in Deo censendus es, si videris

septus eius auxilio, intus ac foris munus

Pfal. 96.

nullo lædi possis? Non accedet ad te malum, & timor

terrum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Ratio 5.

In Deo esse præsentia diuinæ retinenda modum

cōtemplationi a dditos, instar auicula in sole & aere

eleuata. Ratio quinta ad illustrandum hunc tenentale

presentia diuinæ retinenda modum præsentia

num valet. Censetur namque auicula in præsentia

num aerem eleuata in sole esse, in aere videntur est

videt inferiora, superiora prospicit, radia

solarium & aeris purissimi fruitur beneficia ma

Sic & nos in Deo esse dicemur, si auicula

rimus spirituales: si diuitiarum pondus

norum & officiorum sarcinas, voluptatibus a

queos abiicientes, ad altiora feramur; per

uno terrena calcantes dicamus, Omnia, Deo h

ne, detrimentum feci, & arbitror vt stercora, ne circu

lucrifaciam: Mihi mundus crucifixus est, & ego hanc

do: altero vero pede cœlestia petamus, in

matibusq; desiderijs, quasi brachijs, nobis Deo temp

deuinciamus, identidem his vocibus ingem

tis: Domine quid mihi est in cœlo, & a te quid

lui super terram? Defecit caro mea, & cor meum

Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum: & gredi

ecce, qui elongant se a te, peribunt: perdidisti omni

qui fornicantur abs te: mihi autem tibi adhaer

guu

regius Plal...  
n protectione...  
grediay mar...  
ficur mans...  
habitat in...  
Dominus...  
sque in...  
es, si v...  
ris munit...  
malum, &...  
rno.

hunc ten...  
modum...  
nicula in...  
in aere v...  
icit, rad...  
itur ben...  
si auic...  
n pondus...  
voluptat...  
amur; pe...  
Omnia, D...  
vt sterc...  
s est, &...  
ramus, in...  
is, nobis...  
ibus inge...  
, & a re...  
, & cor...  
n aternu...  
perdidisti...  
tibi adba...

ponere in te spem meam. Spirituales er-  
gicalæ, pennis orationis & meditationis e-  
taz, solis radiis aereque purissimo fruuntur;  
is qui in Deo esse dicendi sunt, illi maxime, qui  
aves altissimum in locum delati volant, &  
columba ad fenestras suas, in sole solem in-  
Isaiâ. 60.  
ates: subactis nimirum perturbationibus,  
emplationi se totos addicunt; illic hærent  
suspensi; æternum iustitiæ Solem intuen-  
purissimam eius gratiam vt aerem hauri-  
tærræna omnia calcant ac despiciunt. Hæc  
At forte Oceamus ( vt ad sextam rationem  
iamus ) non erit in cœlis. Quid ni? illic e-  
est fons vitæ. fluminis inde imperus latificat ci-  
tatem Dei; hinc torrentes voluptatis exundant;  
mare inexhaustum, beatitudinem omni-  
impertiens. Ad hanc beatorum societa-  
aspirat Rex piissimus Quando veniam & ap-  
ante faciem Dei? Heu mihi, quia incolatus  
prolongatus est. quando purissimam illam a-  
quam hauriam; nec ea modo, sed & gloriæ lumi-  
circumfluam? Esto bono animo, quicumque  
hæc aspiras: veniet dies desideratus, quando  
in bonis desiderium tuum. Recordare quid  
templo Salomonis acciderit: Cum enim com-  
Salomon fundens preces, ignis descendit de cœ-  
Psal. 102.  
& deuorauit holocausta & victimas: Maiestas  
2. Par al. 7.  
mi impleuit domum: nec poterant Sacerdotes  
ingredi templum Domini, eo quod impleffet Maiestas  
mi templum Domini. Templum illud erat  
Baruch. 3.  
guum: ac o Israel, quam magna est domus Dei,



Psal. 23.

& ingens locus possessionis eius! Magnus est, & non habet finem, excelsus & immensus. Dominus super Maria fundauit eum, & super flumina preparauit eum.

Quanta ergo in cælo vastitas, non vnus tantum, sed quæ infinita Maria & flumina contineat! Illic, si vsquam, Maiestas Domini in templum. Quid erat Maiestas illa in templo Salomonis? Splendor quidam insolens, non modo oculos intuentium perstringens, sed & percipiens animos reuerentia quadam, atque

2. Paral. 7.

admiratione, singulari mixta gaudio: vnde ceteri considerantes proni in terram super pavementum stratum adorauerunt & laudauerunt Dominum: quoniam

Matth. 12.

Luc. 11.

Apoc. 21.

plenus, quoniam in seculum misericordia eius. Sed & in plusquam Salomon hic. Locus ille non eget

que luna, vt luceant in eo: nam claritas Dei illuminauit eum, & lucerna eius est Agnus. Ille, ille plenus

est Maiestate, plenus Deitate, plenus splendore & gloria: & qui in eo sunt, pleni Maiestate, pleni

uinitate, & gloria, & in illo gloriæ gurgite merguntur. Immensa namque illa Maiestas

spicitur, quæ diffusa per omnia, lumine quoque

incredibili rapit beatorum animos admiratione, consolatione, amoreque tui, sibi que

arctè deuincit, vt nullo casu separati ipsi non

1. Cor. 15.

queant, vel velint. Ecce mysterium vobis dico: Quis in amicitia diuinæ mari vixerint, spirauit

Matth. 25.

natauerint, progressumque fecerint de virtute in virtutem, iis in illa die, in illa hora (ô beatorum vita

ô felix, ô quando aderit!) dicetur: Intra in gaudium Domini tui.

CAP.